



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Capvt LXXXI. Regni Scotiae monasteria varia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

S. benedicti Ordinis, quæ postea defecerunt, sicque totum castrum in monasterium transiuit. Sunt autem in illa capella S. Burchardi non solum fundatores sepulti, verum etiam sex alij illius familiae; quod testatur vetustus lapis ibi cum hac inscriptione.

*Hic fundatores Comites tumulus capit iste,  
In caelis. Christe, facies tibi proximiores.*

Hoc monasterium fuit per manum liberi hominis Eberhardi Ecclesiae Bambergensi collatum, confirmatumque per Innocentium Pontificem anno 1139.

## CAPVT LXXXI.

*Regni Scotiae monasteria varia.*

**M**ulta olim benedictini Ordinis monasteria in regno Scotiae exstiterunt, multique ex eo regno viri Apostolici in Germaniam superiorem atque inferiorem transmigrarunt: Vt ex Ioanne Molano in Natalibus Sanctorum belgij; ex Vigileio Hundio in Metropoli Salisburgensi, ex Gaspare Bruschio in Chronologia monasteriorum Germaniae, alijsque discere licet.

Inter Scotiae monasteria haec celebria fuerunt, *Dunelmense, Dunfermelinense, Scotense, No-uocastrense* vt alia.

Dunfermilinensem Abbatiam excitauit *Edgarus LXXXIX. Scotiae Rex, & frater eius,*

atque

atque in regno successor Alexander fatigro  
imposito perfecit, multisque prædijs locu-  
pletavit; Edgarus anno Christi 1109. & re-  
gni sui nono vivere desijt; Dunfermelini se-  
pulturæ traditus.

1109.

In Nouo Castro *Dauid* I. eò nomine Rex  
duo monasteria exstruxit, vnum ordinis S. Be-  
nedicti, alterum ordinis Præmonstratensis.  
Hæc tradit Io. Lesleus lib. VI. de rebus Sco-  
torum.

## CAPVT LXXXII.

*Michaëlis campus, Germanicè Michels-  
felt.*

**M**onasterium istud generis nobilitate  
conspicuis destinatum circa annum  
Christi 1119. excitauit *Otho VIII.* Epi-  
scopus Bambergensis & Pomeranorum Apo-  
stolus, vt ex illius diplomate constat, quod  
*Bruschius* recitat in Chronologia monaste-  
riorum Germaniæ.

1119.

*Monasterium & Congregatio Bursfeldensis  
in Germania.*

**A**nno 1426. quò Constantiæ in Germa-  
nia Synodus est celebrata, Capituli, vt  
loquuntur seu Congregationis Bursfeldensis  
reformatio sumpsit exordium. Huius auctor

Y

fuit